

Eneas in terram septem cervos occisit et Lacium petere fatis exigentibus dixit. adverso igitur vento deficiente ac prospera aura urgente, vela levavit et fretum insulcare cepit ac per septem annos vento contrario eminentius^(a) collo huc atque illuc deportante^(b) erravit: tandem Syracusanam^(c), Scilie civitatem, devenit et ibi 5 ossa Anchissi, que portabat, abstraxit et eius anniversarium celebravit, galeas refecit, vela integravit^(d), sibi et suis necessaria plurima acquisivit et iter inceptum perficere properavit. iterum velo et remo transfretare cepit et eodem intuente vento Cartaginem devenit. quam, de Cipro fugiens Pigmalionis uxorem, quam secus 10 superius^(e) interfecerat, constituit ac ipsum honorifice suscepit, seque et sua large representavit. cum qua iacuit et filium procreavit et quatuor annis ibi cum suis moratus fuit^(f). postea ipsam dimisit et eius adiutorio Apuliam petiit et galeras in terram traxit, ibi in litus descendit et ex ipsis ligneam turrem constituit, et vallo^(g) munivit, et Latino, domino Laurenti, legatos direxit, ut et eius filiam in matrimonium sibi copularet, quam Turno sponsaverat. ille sibi eam promisit et coniugalia dona, scilicet anulum, et mulierem recepit. quod Turnus ut novit, legatos per omnes partes Italie misit et militum adiuventus multitudine, et 20 concione igitur facta, lamentando, huiusmodi verba dixit^(h): « Au-
« dite, viri mei fidelissimi, non sufficit profugis Troianis Grecorum
« rapuisse uxores et ob hoc eorum destucta fore civitas⁽ⁱ⁾, sed in La-
« cium latrocinium intrantes nostras ceperunt rapere uxores. nos
« vero non sumus Greci et eius exilium nomine, ut fuit civitas 25
« Priami, quam ipsi fugiendo tradiderunt inimicis. ut inde^(k) postulo
« auxilium ad advenas latrones ad nostre terre^(l) limitem depellere,
« quatinus uxorem meam valeam habere et nullus alter alterius
« coniugem audeat usurpare^(m) ». ut hec dixit, unusquisque suas vires promisit. quidam scutifer per quinquenium domino suo ut 30 equum sibi dare servierat et ipsum impetrare nequibat, audiens Eneam nobilem esse virum pulcherimum, bonum militem ac lar-

(a) *DS* emitentinus (b) *DS* depetrante (c) *DS* Syria cum mesana *Sa* corr.
(d) *DS* intragavit *Sa* corr. (e) *D* super eius (f) *S* con lacuna di quattro righe,
om. quam de Cipro-moratus fuit (g) *S* convallo (h) *DS* dicens *Sa* corr. (i) *D* civita
(k) *Sa* corr. unde (l) *S* *om.* terre *Sa* agg. (m) *DS* usurparet. *Sa* audeat usurpare